

2.

DISPUTATIO JURIDICA
De
N U P T I I S,
Quam
D. O. M. A.

Magnifico, Nobilissimo & Amplissimo Icto-
rum ordine approbante
P R A E S I D E

Viro Excellentissimo & Consultissimo

Dn. DANIELE IMLIN V. J. D. HEIL-
bronnense, Præcept. fautore & promot.
suo magno.

P 419
Publicè ventilandam proponit in alma Salana
JACOBUS BEZA à patre cognom. Friedlich Wer-
ninger. Saxo.

In consueto Ictorum Collegio.

Addiem 28. Martii.

J E N AE
Typis VIDUÆ WEIDNERIANÆ.

ANNO 1729.



V I R O

*Magnifico, Nobilissimo, Strenuo &
Amplissimo*

Dn. FRIDERICO ab UDER, Generosissimi Co-
mitis ac Dn. Dn. WOLFF GEORGI, Comitis Stolbergens.
Werningerod. & Honstein &c. Domini mei Clementissimi, &
consiliis intimis, patrone, promotori & fautori suo
submisso colendo, suspiciendo.

V T E T

Magnifico Amplissimo & Consulissimo

Dn. ASCANIO Lutterodi, Consuli Liberae Imperia-
lis civitatis, quæ est Magdeburgum meritissimo, Domino pro-
piori sobrino, Meccenati, evergeta & promotori
suo parentis loco æternum venerando
& amando.

N E C N O N

Magnifico, Amplissimo & Consulissimo

Dn. FRIDERICO DAUTH. J. V. D. itidem.
Consuli Magdeburgensem longe dignissimo, Domino affini
suo patrone, fautori & promotori omni obsequii
& honoris cultu demerendo.

... in base studii sui primitias

Humillime & officiosè dicar

A. & R.



DE NUPTIIS.

Thesis I.

Nuptiarum materiæ dignitas, & summa ex ea ad genus humanum redundans utilitas, non modo apparet ex divina Jehovæ institutione, Gen. 2, 18. sed etiam inde plus satis elucescit, quod sic est honestum matrimonium, ut humano generi videatur immortalitatem artificiose introducere, dum filiorum in eo procreatione, renovata genera manent, ut verbis utar Divi Imp. Justinia, impr. Nov. 22. Et diuturnitatis memoria in ævum relinquitur. *Liberorum 220. infi. d. V. S. Borchb. de grad. pag. mibi 112.* Adeoq; non solum per illud Deo colligitur Ecclesia. Ezech. 16, 20. & 23, 37. Verum etiam exoptata illa universa Reip. confocietas, hujus subdio sarta recta conservatur, quâ convulsâ, non magis mundus commode regi & gubernari potest, quam sine sole illustrari: Ex quibus & similibus causis non potest non summe esse necessaria hujus materiæ exacta cognitio, & penitior contemplatio.

2. Paucis itaq; eam pro ingenii mei tenuitate in præsentiarum adumbraturus, antequam ad ipsam materiæ tractationem accedam, primo omnium in ipso quasi vestibulo hujus tentaminis, notabo ipsius vocis tum, homonymiam tum, Synonymiam, simulq; notationes seu etymologias synomorum adjiciam: Hononymiam Nuptiarum quod attinet, constat vocabulum nuptiarum in jure sumi diversimode: 1. Quidem pro solennitate & festivitate convivii & nuptialium dierum. *L. Sancimus 24. c. d. Nupt. c. noctates 3. & c. famine 7. 30. q. 5.* Quorum olim tres fuerunt: Primus dictus fuit περιθυσια seu desponsalia: alter απαύλια, hoc est, decubatio: Ter-

tius ἐκαύλια quasi nuptiarum appendix. *Gotoſ. ad Rubr. C de Spons.* 2. Pro matrimonio consummato per concubitum secutum, *pr. infit. de pat. por.* & in communī usū loquendi: Quibus 3. addunt *Schneid. Inſt. de Nupt. Licit. n. 1.* & *Mans. Inſt. hic post Panorm.* & *Canon. commun.* quo vocem nuptiarum sumunt pro sponsalibus (ut vocant) de præsenti: Ethoc Jur. Can. quidem est indubium, quo Canonista sponsalia de præsenti nuptias esse tradunt, jure autem civili hic modus plane est incognitus, cum *l. Nuptias 30. de R. 1.* quam huc afferrē solent, non loquatur de confensu sponsalitio, sed nuptiali *l. 15. ff. de Cond.* & *dem. Borch. de grad. pag. mibi 83.* de quo pluribus *infr. th. 18.* & 28. Rectius ergo jure civili sumitur pro perfecto matrimonio, licet copula non consummato, ut in ægrotō ducentem concubinam suam in uxorem patet.

3. Sic etiam varia sunt synonyma Nuptiarum, (quas ab obnubendo pleriq; dictas volunt, eo, quod nova nuptia tam pudoris & verecundiae causa, quam in signum subjectionis & obsequii velata & obnupta incedere solebant facie. *c. feminæ 7.* & 8. 30. q. 5. Quamvis *Cypr. de Matrim. c. 1. §. 1. n. 1.* & *c. 5. §. 32.* earum denominationem ex hebræo deducere malit) modo enim vocantur matrimonium *pr. Inſt. de I. N. G.* & *c. pr. Inſt. de patr. por. l. unic. C. fireb. provinc. l. 6. 7. 8. 9. 12.* & *c. C. de Nupt.* Ex eo, quod mulier nuptias contrahens propemodum sperretur, mater fore. *Borch. Inſt. hic n. 3.* Siquidem animo & voto liberorum procreandorum matrimonia contrahuntur. *l. liberorum* 22. *§. ult. ff. de V. S.* Vel quod matrimonium sit velut mater omnium, quia omnes ex coniunctione illa maris & feminæ ortum trahimus. *Beauf. de matr. c. 1.* Modo conjugium, *l. 12. C de Nupt.* Quia ita vir & uxor conjunguntur ut quā animo quā corpore in unum quasi coalescant, unde ritu veteri ad Jugulariam junonis Romæ nubentes vinculis juncti fuerunt, in omen futura concordia. *Rosin. Antiq. Rom. lib 2 cap. 6. pag. mibi 53. lit. F.* Modo consortium *l. 22. C. de Nupt.* quod conjuges ejusdem sortis & conditionis reputari debeant *l. si cum dotam. 22. §. si maritus 7. ff. sol. matr.* Modo connubium *l. 2. C. Ne fidei usf. vel mand. dot. dent.* Præterea varias apud varios scriptores conjugium. *sor-*

sortitur appellationes; sic pedicas nuptiales illud vocat *Apull.*
lib. 7. Aut. Asin. vinculum conjugale. *Virgil.* & alii deorum seu
vinculum simpliciter *Plutarc.* $\pi\alpha\pi\alpha\pi\alpha\pi\alpha$ capistrum, qui-
dam *Satyricus* in vers.

Stu tam maritali jam porrigit ora capistro:

Et alii aliter passim autores.

4. Ea vero quam manibus versamur materia, latissime
patet, ita ut ipse fateatur Imper. *Justin. in pr. Nov. 22.* Cura alia
omnia, quae sancita ab ipso sint; non omnibus competant, nec
hominibus, nec rebus, nec temporibus, studium nuptiarum
totius esse humanae sobolis: Eaq; de causa nec hodiernum satis
explicatam eam esse, post alios testis est *Cypr. de spons. in pref. S.*
i. n. 6. Nec profecto plures aliunde, quam ex conjugi & tute-
larum administratione inter vivos existere controversias tra-
dit *Wesemb. in x. ff. de spons. spons. n. 1.* Et hujus obtutu se usq;
& usq; subterfugisse hujus materiae tractationem; ob summas
videlicet difficultates & perplexitates infinitas, quas in ea sibi & a-
liis extricandas fore sentireceret, ait *D. Luther. in tom. Jan. 2.*
pag. 150. Quare hic summa tantum rerum capita, in ea, quanta-
fieri potest brevitate, hac vice breviter libabo, sic ut despiciam
primo, quae faciant ad matrimonium constitendum, deinde
quae ad idem rursus dissolendum requirantur: Et quidem il-
lud attendendo, quae tum constitendum antecedant, tum ad
idem concurrant, qui denique contracti matrimonii effectus
sint: cum non protinus ubi prior de matrimonio sermo placet,
matrimonium sit, aut ad illud perveniat, sed sint quae illud
antecedunt, sint quae sequuntur, sint denique quae utrovis mo-
do se habeat accurate monente *Vult. Jurisp. Rom. lib. i. c. 18.*
u. i. Cuiac. in m. C. de sponsal.

Antecedunt autem Nuptias Sponsalia, eaq; ita necessa-
rio, ut sine illis ritè matrimonium contrahine nequeat. *Cypr. de*
spons. c. i. § 3. n. 1. Siquidem consensu matrimonium contra-
hatur, de quo sane contraentibus constare non potest, nisi in-
ter eos de illo peculiariter fuerit actum & conventum, seu nisi
consensus ille de futuriis nuptiis contrahendis, invicem ab ipsis
fuerit re promissus, quae re promissio vocatur sponsalia: Cum..

severa nihil aliud sint sponsalia, quam mutua re promissio (ut rectius ab Hottom. in Comm. jur. legi putat Wesenb. in π. de spons. licet & eorum, qui mentio & re promissio legunt, sententia probari posse videatur. Cujac. in π. C. de spons.) futurum nuptiarum l. 1. ff. de spons. c. nosfrates. 3. 30. quæst. 5. Seu ut aliquanto latius videtur posse describi cum Cypr. de Spons. c. 2. §. 2. n. 3. stipulationes vel pactio nes; de nuptiis contrahendis, viri & mulieris, qui jure conjugi possunt, eorumque quorum in potestate sunt consensu atq; autoritate rite factæ. Et ut sic matrimonium bina requiruntur foedera, sponsalitia scil & nuptialia. d. c. nosfrates 30. quæst. 5. Hinc pulcre tradit Beza de divorcio pag. mibz. tanti momenti obligationem distinctis gradibus perfici debere, ut intermedio intersponsalia & nuptias tempore, impedimenta despicerentur, nec parum honeste mox à mentione nuptiarum, effreni impetu conjuges prorumperent. Trent. vol. 2. disp. 6. tb. 1. lit. A. Ethic in Ecclesia Christiana. N. T. perpetuo usitatum fuisse, ut scil. nuptiis sponsalia praemitterentur, ex singulorum seculorum historia, ordine confirmari posse, confirmat Adm. Rever. Excell. & Clariss. Dn. D. Johan Gerhardt, Praceptor, Patronus & Dominus affinis meus perpetuum filiali obsequio demerendus in loc. Theol. de Conjug. tb. 151. Unde apparet, sponsalia vere fieri tantum propter nuptias subsecuturas. Vult. jur. R. 1. c. 18. n. 9. Ideoq; nuptiarum spes dicuntur. l. si puella. 6. ff. de spons. Et spes matrimonii. l. 13. §. div. ff. ad l. 1. jul. de adulto. nec nisi inter eos recte & efficaciter fieri possunt, inter quos & nuptiæ consistunt, ubi autem nuptiæ interdictæ sunt, ibi nec sponsalibus, quæ ad nuptias aditum patet faciunt, locus est c. cum quid. 39. de R. 1. in 6. Wesenb. in π. de spons. n. 4. nam ea, quæ duci potest rectè demum despontetur. l. si quis 60. §. quamvis. 5. ff. d. R. N. l. tutor. 15. ff. de spons. paucis tamen calibus exceptis, ut est in impubere. l. Sponsalibus 14. ff. de spons. c. literas 4. Ex. de despo. imp. Muliere intra annum luctus l. foliet 10. cumseq. ff. de his q. not. infam. l. 2. C. deser. Nupt. Præside, qui provinciæ præf. l. 38. ff. de R. N. tot. tunc. C. si relata provin. &c. quibus sponsalia permittuntur, licet

matrimonium non æque. *Siehard. ad Rubr. C. de Spons. & arrb.*
Spons. n. 16.

6. Ad sponsalia autem contrahenda, duo principaliter concurrunt requisita necessaria: Personæ scil. habilitas & legitimus ea celebrandi modus, quæ duo etiam in nuptiis contrahendis potissimum spectanda sunt, unde ea materiam & formam matrimonii vocat *Beza. de divorci. pag. 95.* ita ut cetera ad hæc sint quasi *oue ē enoūg*, ideoq; quæ hic sequuntur, sponsalibus & nuptiis intelliguntur communia. *Vult. jur. R. t. c. 18. n.*
7. *Hackelm. ill. quest. diff. 14. th. 2.* A. Personæ autem de jure habiles præsumuntur omnes, nisi in specie aliqua lege expresse reperiantur prohibitæ, cum prohibitorum sit edictum de contrahendo matrimonio, c. cum apud sedem. 23. *Ex. de spons. arg.*
l. i. ff. de testib. Prohibentur autem potissimum aliqui contrahere matrimonium ob rationem naturalem, qua intuitu necessitudinis seu conjunctionis sanguinis contrahere nequeunt adscendentes & descendentes in linea recta in infinitum, ita ut si Adam adhuc viveret, non posset aliquam in uxorem ducere *Johan. Andr. super arbor. Consanguinitat. & affinit.* pag. 33. *Mauser. Inst. b. t. pag. mibi 344. & Dd. conniter.* In transversali vero linea illæ, quæ sibi parentum & liberorum invicem loco sunt. Ergo non omnes *Inst. b. t. l. Sororis. 39. l. per adoptionem.*
17. §. 2. l. *Nuptia 23. l. juregentium. 68. de R. N. l. Nemini 17. C. de N.* Quæ autem ad invicem respectum parentum & liberorum, non sufficiunt, de jure civili prohibentur ad quartum usque gradum exclusive. §. duorum *Inst. b. t. l. 3. & l. non solum.*
67. §. l. de R. N. l. celebrandis. 19. C. de Nupt. l. 2. C. de Inst. & subst. *Wesenbec. in 20. de R. N. n. 4.* Affinitatis itidem, intuitu prohibentur adscendentes & descendentes, qui parentum & filiorum respectum ad invicem habent simpli- citer, cæteri vero admittuntur. l. Uxorem 15. de R. N. l. Non facile 4. §. nomina. 4. & §. hos itaque 7. ff. de grad. & affinit. Exceptis fratre conjugis & sorore uxoris l. fratri s. & l. fin. C. de Inc. & Inutilitat. Nupt. *Borchold. de grad. pag. mibi. 110. Beus. de mat. cap. 31.* Seu juxta alios, ratione

affinitatis eodem gradu prohibentur affines, quo consanguinei. *Manscr. Inst. b. t. pag. 358.* Cum sit affinitas consanguinitatis in hoc quasi quoddam simulachrum. *Beza de divort. pag. mibi 45.* Hic acriter disceptatur in *Dd. de gloris filia*, in qua controversia, hujus discrepantiae fundamentum subsistere videtur, de qua fortean in *ou>gris*. Plerique hi gradus jure civili prohibiti, coincidunt cum prohibitione graduum jure divino facta. *Lev. 18. & 20.* Ideoque merito observantur, nec tantopere curandum quicquid de ulteriori graduum prohibitione & alia eorumdem suppuratione afferunt Pontifices in c. ad sedem 35. 95. &c. Non debet 8. *Ex. de Consang. & effin.* cum tutius ambulemus cum jure divino, eiique hoc in passu consonis legibus civilibus, contra que dispensandi facultas Pontifici minime concedenda. *Georg. Major. de arbori Conf. & affin. pag. mibi. 45.* *Benf. de Matr. c. 56.* Licet suppuratione graduum canonica usu hodie frequenter. *Treutl. vol. 2. disp. 6. th. 2. lit. F.* Quâ tamen iuris civilis graduum computationem longe esse meliorem & rectiore probat *Beza de divort. pag. mibi 20. & seqq.*

7. Sic à lege ob rationem naturalem quidam prohibentur copulari matrimonio, propter impedimentum defectus eisdam tam animi quam corporis. Animi quidem, propter carentiam causae matrimonium constituentis, videlicet consensus, qui penes quos praestō non est, ab iis nec matrimonium contrahi potest, cuiusmodi sunt infantes l. in sponsalibus 14. ff. de spons. tot. tit. *Ex. de desp. impub. c. i. 30. quest. 2.* Furiosi: l. furor, 8 ff. de sponsal. ut quorum nullus est consensus nulla voluntas l. furiosi 40. de R. I. I. 2. C. de contr. empti. Quibus addit posse Ebrii ad mentis alienationem usq; cum iis consensus abesse intelligatur, in tali ebrietate, ubi nec manus nec pes officium facit. c. unus quisq; 8. 22. quest. 4. c. Sane. 7. 15. quest. 1. *Weisenb. in 7. ff. de R. N. n. 8.* Nobiliss. & Ampl. Dn. D. Arumæ. Praeceptor & Promotor meus plurimum colendus in Exerc. Inst. 12. th. 8. Cum etiam perjurus non sit, qui id non servat, quod temulentus & bene potus juravit d. c. unusquisq; 22 quest. 4. *Cypr. de Spons. c. 13. §. 61.* Corporis vero, ob manifestam & evidentem ineptitudinem & impotentiam coeundi seu sobollis

lis proereandi. l. in causis. 10. Cede Repud. l. si serua 39. §. 1. ff. de
jur. dot. Cujusmodi sunt Eunuchi seu castrati, non item spa-
dones specialiter dicti. l. Spadonum 128. de V. S. l. 39. de jur. dot.
tot. tit. Ex. de frig. & malef. Borch. de grad. pag. mihi 124.

8. Prohibentur porro jure civili contrahere nuptias &
sponsalia, illi, qui juris civilis communionem non habent, cu-
jusmodi sunt peregrini & servi. pr. Inst. de Nupt. in tantum ut
captivitate alterutra conjugum in servitutem redacta, juris sub-
tilitate, ob fortunæ & conditionis inæqualitatem matrimonio-
um consistere vix posse videatur ut inquit. Imper. Justin. in Nor.
22. c. 7. Cum enim hujusmodi nuptiæ sint jure civili consti-
tuta, fieri non potest, ut dispositio de his patrocinetur iis, quos
non agnoscit, seu pro nullis habet, ut ait. l. quod attinet 32. de
R. t. Hinc quamvis servi cum ancillis jungi possint. l. proculus
67. ff. de jur. dot. l. 3. C. de inc. & in Nupt. conjunctio tamen illa
matrimonii nomen non meretur, sed contubernii appellatio-
ne venit. d. l. cum ancillis. 3. C. de inc. N. Ex quo etiam servi ob
violatum contubernium suum, adulterii accusari non possunt.
l. Servi 23. C. de adulti. Quæ tamen hodiè expitarunt, cum haec
differentia ratione matrimonii, inter liberos homines & ser-
vos, sublata sit, ex constitutione juris Canon. quæ inter Chri-
stianos servatur. tor. tit. Ex. de Conj. serv.

9. Præter haec tenus enumeratas causas prohibitionis
matrimonii, consanguinitatis & affinitatis ratione, & cæteras,
avocantur etiam adhuc nonnulli à nuptiis quibusdam ratione
saltæ publica honestatis. §. si uxor tua Inst. de Nupt. l. si que mihi 12. §. si uxor. & l. semper. 42. de R. N. c. ad audiencem. 4. c. Spon-
sam. §. Ex. d. Spons. Job. Andr. super arb. Consan. & affin. pag. 63.
Quibus adhuc alias hinc inde in jure civili olim additas fuisse
legimus, de quibus Vult. jur. Rom. 1. c. 18. an. 32. Sic interdictæ
fuerunt olim nuptiæ ob grandævam & effætam senectutem.,
per legem Julianam Papiam, quam postmodum sublatam legi-
mus in l. Sanctius. pen. C. de Nupt. de quo Borch. Inst. b. t. ad pr.
n. 22. Ob inæqualem dignitatem contrahentium l. in oratione
16. l. lege 23. l. 42. & l. 44. ff. de R. N. Et præviā manumissio-
nem liberti, quæ is arcebatur à nuptiis patronu sūx, vel patro-
ni filiæ

ni filia, conjugis, neptis vel proneptis l. libertum 3. C. de Nupt. l. Quanquam 62. §. mulier. i. ff. de R. N. Quod immutatum postea legimus p. Nov. 78. c. 3. Nov. 117. c. 6. & auct. sed novo jure C. de Nupt. Deniq. ob tutelæ administrationem, cuius intuitu non potuit tutor pupillam suam vel sibi ipsi, vel filio aut nepoti suo nuptum collocare. l. S. Etio 59. ff. de R. N. tot. tit. C. de interd. matr. durante sc. tutela, vel tempore gestationis tutelæ rationis gerendæ l. Non est 66. ff. de R. N. & seq. in pr. & §. sed videamus. Adeo, ut si contra faceret, intelligeretur confessus de tutela, quod hujusmodi conjunctione fraudem administrationis tegeret laboraret, ex eoq; infamia notaretur. l. 6. & 7. de interd. matr. Cui ultimo addi potest: ob cognitionem spiritualem, jure pontificio primitus inductam. tot. tit. Ex. de Coni. Spirit. de qua & in l. si quis 26. in fin. C. de Nup. Sed hæc etiam hodie plane in desuetudinem abierunt. M. auf. inst. b. t. pag. mibi. 362. & Beza. d. tr. pag. 142. adde Hackelm. illust. quæst. disput. 14. tb. 4. F.

10. Modus sponsaliorum & Nuptiarum celebrandarum, pro diversitate temporum antiquitus fuit varius & multiplex, ratione scil. solemnitatum & rituum, quos in iis adhibere soliti sunt de quibus Barnab. Brisson. de Rit. Nupt. & Carol. Sigon. lib. 1. de Antiq. jur. Civil. Rom. eos paucis etiam notat. Rosin. Antiq. Rom. lib. 5. c. 37. ubi ait, quod tribus modis olim uxor potissimum habita fuerit, usu scil. farre & coemtione. Cui etiam subscrbit Alexand. ab Alexand. lib. 2. c. 5. memorab. dier. Borch. de grad. pag. 34. quos cum aliis ab his citatis, qui plura de illis scire satagit, videre potest: Principaliter tamen semper consensu earum personarum, quarum inter est, interveniente, legitima habita fuerunt sponsalia, licet diversimode is apud nonnullos fuerit expressus. Jure quidem nostro civili id solim potissimum factum fuit per stipulationem. l. i. ff. de Spons. junct. §. si scriptum Inst. de inut. stipu. ira ut qui mulierem in uxorem cuperet, eam à patre, avo, vel fratre sibi dari stipularetur, qui eam ipsi despondebat, seu promittebat, nec vir & mulier ipsi inter se se stipulati sunt, tum quod decens yere cundia non.

113

non pati videbatur, ut se ipsas puella disertis verbis despondent. *l. 20. C. de Nupt.* ut quibus natura insitum est tacere, propter verecundiam, præsertim cum de earum nuptiis agitur ut inquit. Bl., tum ne se ipsas despondere volentes virgines, minus cauta & circumspeta, dolis & fraudibus aliorum essent exposita, dummodo tamen aut tacite, aut expressè hujusmodi desponsationi *vocabāw* (ut vocabant) filiae consentirent, pro ut pluribus probat *Cypr. de Spons. c. 3. §. 2. & 3.*

ii. Jure autem Civili Justiniane tunc demum legitima intelliguntur contracta sponsalia, si eorum, quorum interest sponsalia fieri consensus adhibeat. *l. sufficit 4. de Spons. l. 2. de R. N. l. cum fuerit. 15. de Cond. & demonstr.* nec refert utrum stipulazione id fiat an vero nudo pacto. *d. l. 4. l. in sponsalibus 7. & fin. ff. de spons. Cujac. in π. C. de Spons.* Sive arrha sponsalitiae datae sint sive non d. l. 4. licet plerumque intervenire soleant. *l. 3. & l. mulier. fin. C. de Spons. l. si legibus 16. C. de Episc. audi. i-*deoque arrhis datis sponsalia dicuntur firmata. *Hofstiens. in summ. de Spons. n. 4. & nuptiis non secutis sponsus eas amittit,* si per ipsum fecit, si vero per sponsam, quæ major 25. annis, ea in duplum tenetur. *l. 13. & 5. C. de spons.* Sive instrumenta dotalia seu tabulae nuptiales confectæ sint, sive non sint scriptæ *Nov. 117. c. 3.* ut quæ verius probant matrimonium, quam constituunt. *Nov. 22. c. 18.* ideoque magis requiruntur in casu *c. 4. d. Nov. 117.* Sive denique praesentes sive absentes per literas, procuratorem aut internum hoc fieri curarint. *l. ult. de spons. l. denique 6. & l. generali 34. ff. de R. N. l. Non figura 38. de obl. & act.* Intelliguntur autem personæ, quarum sponsalia fieri interest, exindeque consensus in ea requiritur, non solum ipsa contrahentes vir scil. & foemina, quibus invitatis & reluctantibus sponsalia obrudi non possunt, sive sui iuris sint, sive alieni. *l. sponsalia 11. & 13. ff. de spons. l. Non cogitur vigesim. prim. & l. invitum viges. octav. de R. N. l. Nec filium 12. & l. neque ab initio. 14. C. de Nupt.* Cum libera facultatem contrahendi matrimonia ad necessitatem,

B 2

tran-

transferriri non oporteat. d. l. 14. ita tamen, ut filia non temere dissentendi licentia à patre detur, nisi forte indignum moribus vel turpem sponsum pater ei eligat. *Ulp. in l. 12. ff. de spons.* Sed ipsi etiam parentes, in quorum contrahentes sunt potestate. l. 2. & 9. ff. de R. N. Nov. 22. c. 19. pr. *inst. de Nupt.* ratione pietatis quæ liberis in parentes constare debet. l. 1. ff. de ob. par. Nisi infra 25. annum honestam conditionem filia querere patre cessaverit. *Nov. 15. c. 3.* & auth. sed si post. C. de inoff. testam. Cum illud patris incumbat officio, nec matura virgo rugas seniles expectet, quæ patrem, ut viro locetur tacite etiam rogat. *Cypr. de spons. c. 5. § 2. n. 1. & § 4. n. 7.* Si ergo hoc non faciat, sua abuti intelligitur potestate, cum prohibeat, qui conditio nem non querat. l. capite 10. ff. de R. N. ideoq; hoc casu parentes à magistratu cogi possunt ad consentiendum. d. l. 19. *Maus. inst. b. t. pag. mibi 32.* Aut nisi sui juris sint liberi seu emancipati, qui omnino absque parentum consensu, sponsalia & nuptias sibi querere possunt. l. *filius 25. ff. de R. N.* Quorum prius obtinet in filiabus tantum, posterius tam in filiis, quam filiabus l. 10. ff. de spons. modo tamen filiæ emancipatae 25. ætatis annum excederint. l. *vidue 18.* & l. in *conjunctione 20.* C. de *Nupt.* Sic etiam jure Can. omnino de necessitate in legitimis sponsalibus & nuptiis paternum consensum requiri putat *Mauser. Inst. b. t. pag. 333. p. c. aliter. 30. quest. 5. c. non omnis. §. fin. 32. quest. 2.* & plures veteris Ecclesiae Canones: licet nonnulli canonistæ ex recentioribus diversum eruere nitantur, ut est c. sufficiant. 32. quest. 2. & c. quibus accedit Concil. Trident. *Sef. 24. decret. de Reform. Matr. c. 1. vid. Beust. de matr. c. 42.*

12. Ad hoc autem ut consensus hujusmodi sponsalia, aut nuptias faciat, eum exprimi & declarari omnino necesse est, cum cogitatio in mente recta nihil operetur. *Cypr. de spons. c. 9. § 22. n. 2.* Et si non sit expressus consensus partium, mediatis verbis vel aliis signis non potest dignosci sensus, ideoque si vir ignorat mentem mulieris, & contra, ibi non est consensus, hoc est simul sensus, seu in idem sensus. c. unic. 29. quest. 1. sed potius dissensus & separatus sensus. *Maus. inst. b. t. pag. 319.* ubi allegat ad hoc *Panorm. in c. Tuano 26. in fin. Ex. de spons.*

spons. Parentum tamen tacitus consensus sufficit, si scil. non evidenter dissentiant. *l. in sponsalibus 7. de spons.* Unde apparet quatenus verba ad sponsalia sint necessaria, ut quidem præcise intervenire debeant, non tamen necessario immediate ab ipsis contrahentibus, cum etiam mutus & surdus contrahere possit sponsalia. *c. cum apud 23. &c. 25. Ex. de spons.* Et virgo à *xv.* *Cios* vel aliis personis despöderi, modo illa signis ut *χριστον* osculo, nutu, vel arrhæ acceptatione annuat. *Cypr. de Spons. c. 7. §. i. n. 4.* Cum voluntas magis factis quam verbis declaretur. *l. stramen. 48. §. Ei qui servum. 3. ff. de AEdil. Edic.* Sufficit ergo hoc casu si ab una parte interveniant verba, ex quibus tamen de nutu aliisq; signis judicium & interpretatio fieri debet. *We-
senb. in v. b. t. n. 6. Beust. de Mar. c. 42.*

13. Hodie nō deniq; jure, quo in reformatis nostris Ecclesiis utimur ad ius divinum conformato, liberi in sponsalibus & matrimonio contrahendis parentum suorum consensum rite adhibere & interponere debent. *Dn. Melancht. de
Conjug. pag. mibi 94.* B. Lutherus, Brentius, Bucerus & alii: Mart. Chemni. 2. part. *Exam. Conc. pag. 1273.* Quo cum faciunt Jcti. *Schneid. Infl. b. t. Beust. Maufer. & Dd. coriter. Heig. lib. 1.
quest. 22. n. 19.* Ita ut non modo sancta Christi Ecclesia, sed omnes pii & honesti Jcti, imo tota machina literatorum, elamet contra nuptias sine parentum consensu contractas. *Dn. Jacob.
Schultes quest. p̄ralt. par. 2. quest. 71. n. 2. & 3. & quest. seq. 72.* Idque tam jure divino quam naturali exigente, quæ nullajuris positivi distinctio aut limitatio tollere potest. *l. iura sanguinis 8.
ff. de R. I.* Cum leges Imperatoris non deditinent sequi sacros Canones. *c. Clerici 8. Ex. de judic.* jure quidem divino, quo non solum constat parentibus hoc negotii à Deo severè imponi, ut liberis suis de matrimonio prospiciant, & disertis verbis tribuijus & potestarem elocandi liberos ut *Exod. 21. 9. & 22. 17. &
34. 16. Deut. 7. 3. Jer. 29. 6. Eccles. 7. 27. 1. Cor. 7. 38.* Sed etiam exemplis laudabilibus piaæ antiquitatis, Patriarcharum & aliorum sanctorum virorum abunde id edocemur. *Gcn. 21. 21. & 29.
19. & 38. 6. ut & 24. 3. & vers. 51. Judic. 14. 2.* Naturali vero jure consenitum parentum ad liberorum nuptias contrahendas cf-

flagitare videri potest, tum grandior eorum etas, & maturius circa hujusmodi maxime ardua negotia gerenda judicium, quo minus animi perturbationibus subjacent, tum ~~socia~~ illa ~~opus~~ ~~re~~ ~~natura~~ naturalis, & innata liberis quam optime consulendi propensio. *I. pen. §. 3. de bon. liber.* ut & honor liberorum parentibus debitus, quo naturali juri convenient, ut patriæ & parentibus pareamus: ut monet Pompon. in l. 2. ff. de ius. & jur. Pietatis debito id efflagitante *Ulp. in l. 4. ff. de Cur. furios.* [Cujus intuitu omnino æquum est, ut parentes, qui ad illam usq; æatem liberos educarunt, hoc honoris habeant, ut eorum matrimonii consentiant. *Borch. ad pr. Inst. b. t. n. 25. Cypr. de spons. c. 5. §. 2. n. 1. & 2. & §. 5. n. 3.* Ubi tradit, cum hoc etiam antiqua conciliorum decreta & pontificum canones concordare, ut Leonis Papæ in c. Non omnis 12. 32. quæst. 2. Et Evaristi Papæ in c. aliter. 1. 30. quæst. 5. quo de rh. prec. 11. dictum. videatur ab solutissime de hoc Adm. Rev. Excell. & Clar. Dominus D. Johan. Gerhardt, Meccenas & Evergeta meus æternum honorandus in 'oc. de Conjug. a. th. 57. usq; ad 100. ubi post confirmatam nostrorum sententiam contrariorum & præsertim eorum primipili Bellarmini effugis, exakte occurrit.

14. Quæri autem hic solet à Dd, utrum ratihabitio patris circa liberorum sponsalia & nuptias contrahenda sufficiat, ad hoc ut liberi ex ejusmodi nuptiis nati sint legitimi? Quod quamvis sint qui simpliciter negant, per pr. *Inst. b. t. & l. 13. §. 6. ff. ad l. Jut. de adult. & l. u. ff. de stat. homin.* Commodo tamen distingui posse putarem, utrum statim ab initio contradixerit pater, an vero nesciventer ex probabili causa & postquam rescivit approbavit, an vero sciverit, & licet non expresse consenserit, tamen non impugnavit: Quo posteriori casu legitimæ putandæ sunt nuptiæ, cum non minus tacitus consensus patris sufficiat quam expressus. *l. in sponsalibus. 7. ff. de spons. l. si ut proponis. C. de Nupt.* Cum hoc casu contradicendo potuisset impedire, ideoque sibi imputet, quod tacuit. *Mausr. Inst. b. t. pag. 335.* Quod idem dicendum videtur in secundo casu, si scil. primo nescivit pater, postquam vero comperit approbavit. *d. l. 5. C. de Nupt.* Et illud indistincte tam in sponsalibus quam

713

quam nuptiis contrahendis obtinere potest: Quod si vero statim ab initio ante nuptias contractas ex justa causa contradixit pater, tandem vero post jam consummatum matrimonium exoratus consensum suum contractis jam nuptiis applicavit, vix est ut jure civili legitimum hujusmodi matrimonium dicere possimus ante diem paterni consensus interpositi. p. l. 13. §. 6. ff. ad l. jul. de adul. Ex quo tamen legitimari ejusmodi nuptias & valere ita, ac si de novo contractae essent, & prior ille contractus nunquam celebratus esset putat Borch. ad pr. Inst. b. t. n. 31. seu valere tunc eum contractum ex nunc & non extunc ut loquitur Dd. vide Benf. de matr. c. 46. Ideoq; liberi ex ejusmodi nuptiis nati antequam paternus consensus intervenit, nec legitimidi possunt, nisi per subsequens matrimonium eos legitimatos quis dicere velut, quod omnia praecedentia vitia purgat: Hoc autem casu ratificationem patris posse supervenire ahtea illegitime contractis sponsalibus negat Gotsfr. ad l. filius 25. de R. N. Sed rursus debere dissolvi clandestina sponsalia, & novo patris consensu nova inchoari, pro ut ibi allegat Hottom. 9. illustr. p. 1 68 ff. de jur. dot.

15. In tantum autem consensus ad essentiam sponsaliorum & nuptiarum requiritur, ut si ille aut omnino non interveniat, vel non eo modo fas est modo accedat, irrita exinde sine sponsalia & matrimonio, quorum prius usuvenit in nuptiis seu sponsalibus errore contractis, cum consensui nihil sit tam contrarium quam error, l. siper error em 15. ff. de juris d. l. non idcirco 9. & l. Cum testamentum 8. in fin. C. de jur. & fact. ignor. Posterioris in iis, qua vi vel justo metu sunt extortae nuptiis & jure, neutiquam subsistunt. tot. tit. ff. de Eo quod mat. causa. c. Cum locum 14. & seq. Ex. de spons. Etiam si juramentum iis accesserit. c. 2. Extr. de his quo vi velmet. causa. Licet Jur. Can. hoc casu à juramento petenda sit absolutio. c. debitores. 6. & c. verum. 15. de jurejur. ibique Magnific. & Amplissim. D. Ortolphus Foman. Senior præceptor & promotor meus perpetim collendus in publ. prel. quest. 1. Cum matrimonia plane libera esse debeant. l. ultim. in fine. C. de Spons. l. Titia. 154. in princip. de V. O. Modo tamen justus sit metus, qui in

con-

constantem virum cädere possit. l. interpositas. 13. C. de transact.
c. veniens 15. Ex. de spons. c. Consultationi 28. Eod. Treutl. vol. 2.
disp. 6. tb. 5. lit. D. nec adesse de se non timenda times, aut
panicus terror: In eo autem aestimando utrum iustus sit an ye-
rō vanus, etiam sexus habenda est ratio, cum minor metus mu-
lieres quam viros excusat, ut quae formidolosa sunt. d. c. 14. Ex.
de spons. pro ut experientia testatur. Beuf. de Matr. c. 44. suffi-
cit igitur in muliere is metus, qui in constantem mulierem ca-
dere posset. Wessinb. in n. de R. N. n. 9. Et modo etiam metus
præcedens, spontanea insecuta cohabitatione personæ, quæ
metum prætendit, non sit purgatus. c. adid. 21. Ex. de spons. quo
casu intelligitur mora temporis cohabitationis confensisse,
ita ut omnem probationem in contrarium excludat. c. de illis
9. de de spons. imp. Mauser. Inst. b. t. pag. mibi 319. & 366. An vero
minæ solis verbis expressæ justum metu inferant, dubitari posse
videtur? Et sicut de illo, qui ex verberibus fluit, non est dubi-
tandum Br. in l. 1. §. qua oneranda f. quar. rev. aft. non dat. Sic
in gravissimis & atrociissimis minis illato metu, idem sentit.
Cypr. de Spons. c. 13. §. 15. n. 4. & §. 16. pcr. l. 3. Ex quibus causis maj.
modo eum inferens sit talis persona, ut facile & probabilitate
minas exequi soleat & possit, tum etiam minæ in se sint suffici-
entes, nec facilius sustinenda, quam earum intuitu in matri-
monium consentiendum, ut si 100. aureorum jacturam mini-
tetur princeps sponsalia vel nuptias renuenti. Cypr. d. §. 16. Huc
etiam merum parentum, quem reverentiale vocant, refe-
runt Dd. Beuf. de Matr. c. 44. Ideoque jure Canon. puellæ in
quibus suspicio metus vel violentia subest sequestrantur, ad
causæ usq; cognitionem. c. cum locum 14. Ex. de spons. Et Divus
Lutherus quatuor remedia subministrat pueris metum passis:
1. Ut amicorum opem atq; auxilium implorent: 2. Ut de ea re
apud magistratum querantur: 3. Vel apud Ecclesiæ ministros.
4. Vel palam lamententur & vociferentur. B. Luther. tom. 5.
Jen. Germ. de causis matr. fol. 254. Admod. Rever. & Excell.
Dominus D. Johan. Gerhard. in loc. theolog. de Conjug. th. 17.
& tb. 652.

16. Sic error quoq; vitiat sponsalia, quamvis non omnis,
sed

213

ille demum qui justus est, hoc est; ipsi naturæ sponsaliorum
contrarius, & consensui qui nuptiarum est causa efficiens &
quasi anima repugnans: Distinguitur autem vulgo circa nu-
ptiarum materiam error in personæ, fortunæ, conditionis &
qualitatis errorem. *Beuf. de Matr. c. 34. Wefenb. in n. de R. N. n.*
g. ita ut fortuna quidem & qualitatis error sponsalia non im-
pediat; secus autem ille, qui circa personam & ejus condicio-
nem contingit. *Cypr. de spons. c. 13. §. 32.* De errore personæ mi-
nus hæc res haber dubii, cum ibi manifesto sponsaliorum &
nuptiarum essentia deficiat, consensus scil. personatum, qua il-
las contrahunt. *I. u. ff. de spons.* Ut si Tertia pro Sempronio jun-
gatur. *c. unic. 29. quest. 1.* Nec enim consensus ille debet esse va-
gus & indefinitus, sed inter certas & determinatas personas
sponsi scil. unius certi & sponsæ expressius. *L. 1. 2. & 3. ff. de spons.*
Error conditionis is est, si quis servam ducat pro libera, aut
viceversa, quæ seruo nubat pro libero, cuiusmodi conjunctio
matrimonium statim ab initio non est. *Nov. 22. c. 10. & c. 17. q. 2.*
& fin. Ex. de conju. serv. o. uni. 29. quest. 1. Huic accensent non
nulli, si quis pseudos opilius, seu præfloratam vel devirginatam
mulierem pro virginem sibi desponeat vel ducat illibata, cum
ea statum quodammodo mutet infamiam incurrendo, imo,
quod maior, olim ipsa jure divino penæ serva facta esse videa-
tur. *Deuter. 22. 21. Cypr. de spons. c. 13. §. 39. n. 2.* Quem tamen
errorem qualitatis dicere malunt. *Beuf. de matr. c. 34. & Matr.*
inst. b. 1. pag. 365. licet non simplicis sed substantialis potius
qualitatis, & qui omnino sit intollerabilior eo, quo quis igno-
rans ancillam duxit pro libera, ideoque eum quoque impe-
dire nuptias concludit *Beza de divort. pag. mibi. 100.* Pro quo
evidenter facit *Nov. Leon. 93. per tot.* Quod hoc temperamen-
to in nostris Ecclesiis receptum est, ut omnibus viis ac modis
prius reconciliatio partium sedulo tentetur, nec facile si ea ob-
tineri possit irriteretur matrimonium *Wefenb. in n. ff. de R. N. n. 8.*
Etiam si vel subtilis aliqua ratio in contrarium esset, cum hoc
casu contrahens seire debeat conditionem ejus cum qua con-
trahit, qui cum 19. ff. de R. n. Nec posse quis stupri accusare
C cam,

eam, quam post illud illatum duxit. *I. si uxor.* *13. §. fin. ff. de-*
dult. ut cit. loc. addit Wespens. Si autem nullo modo reconciliatio
locum inveniat, & stricto suo jure uti velit auctor, omnino nullum
esse pronunciandum ejusmodi matrimonium, statuit,
Dn. Philipp. Melanchl. de Conjug. pag. mibi 99. B. Luther. tom. 5.
Jen. Germ. fol. 205. & tom. 6. Jen. fol. 530. Vide ~~an~~ accurate &
nervose distinctionum aliquot subfido totam hanc rem deci-
denter Adm. Rev. & Excell. Dn Joh. Gerhard. in d. tom. de
Conjug. lib. iiii. q[ui] clausim q[ui]cunq[ue] omni. iuditib. 1583. p[ro]m[on]te[r]e
lib. 17. Amodo quo sponsalia contrahuntur, diversa cir-
cumferuntur sponsaliorum divisiones, quibus ea dispescunt,
in publica & clandestina: In de praesenti & de futuro: Et deni-
que in Pura & Conditionata: *Wespens. in 7. ff. b. t. n. 3. Beust. de*
Matr. c. 48. Schreid. Inst. de Nupt. de sponsalib. 3. Valt. Inst. b. t. n. 11.
& passim Dd. Publica sunt, quae palam contracta sunt in praes-
sentia testium, quibus probari possunt. Mans. Inst. de Nupt. pag.
309. Clandestina verò duplicit ratione dicuntur: 1. Stricte &
Proprie ea, quæ contracta sunt clam, omnibus remotis arbitris
& testibus fide dignis. *c. 1. 2. & 3. Ex. de spons. 2. Ex. πλάστε ea,*
quæ quidem praesentibus testibus, sed sine consensu parentum
sunt celebrata, abiis personis, quæ in sacris parentum sunt.
Mans. inst. d. loc. & alii Dd. Et haec posteriora proprie clandestina
sponsalia vocat B. Luther. In tom 5. pag. 239. videatur Beust.
de Spōns. c. 13. & alii. Et quidem, ex praescripto juris omnia
sponsalia publice fieri deberent. *I. in sponsalibus 7. ff. d. sponsal.*
c. 130. quest. 5. Sicut & alii actus & contractus legitimis & aliqui-
jus momenti idoneorum testium interventu corroborantur &
comprobantur. *I. 3. §. 2. & tot. tit. ff. & C. de testib.* Saepè numero
tamen contingit, ut etiam clam & occulte, remotis testibus,
sponsalia confiant, quæ licet semper de jure fieri improbentur
d. c. 130. quest. 5. tamen non æque semper infirmantur & annul-
lantur, siquidem sola clandestinitas non vitia matrimonial
tot. tit. *Ex. de Cland. de spons. & ibi Canonista. Cypr. de spons.*
c. 10. §. 4. Simodo ea partes fateantur. *Beust. de spons. c. 13.* Vel
per alia indicia, veluti literis, vel chirographo, ea probati
pos-

possint. c. si quis 9. §. his ita 30. lqueſt. 5. Si autem alterutra pars ea
inficietur, nec ad sint indicia, quibus judici fides fiat, ea proorsus
inutilia sunt, adeo ut nec parti neganti juramentum deferen-
dum sit. Panorm. in c. t. Ex. de cland. deffons. Maſſ. inſt. b. t. pag.
309. per c. ſin. in verſ. ſane ſi auctor. Ex. de jurei. Nisi ſubſint graves
præſumptions & ſuſpitiones pro matrimonio contra negan-
tem c. continebantur. b. Et e. attestatione 10. Ex. de deffons. in
pub. Quo caſu judicem recte ex officio, etiam non petitum de-
ferre poſſe juramentum, decisum hic eſſe in Scabinatu 24.
Mart. An. 1615. refert Magn. & Ampliss. Dn. Ortolph. Foman.
Senior. præcept. & promot. meus in p̄lect. publ. add. c. ſin. Ex.
de jurei. queſt. 5. Sic etiam ſubſint ſponsalia clandestina, ſi
copula carnalis ea inſecuta fuerit, ut ex qua præſumptum ma-
trimonium inducitur. c. veniens 15. Et c. u. qui fidem 30. Ex. de
ſpons. Duar. lib. 4. diſtinct. 28. queſt. 1. Adeo, ut licet de facto poſ-
tmodum aliam induixerit, prius illud matrimonium ſaltem ra-
tum ſit, posteriori illo relichto. d. c. u. qui fidem 30. Beuſt. de ſpons.
c. 14. Schneid. inſt. de ſpons. n. 18.

18. Altera diuſio ſponsaliorum ex jur. Can. eſt petita, ut pa-
tet ex c. ſicut 22. & c. pen. Ex. de ſpons. In ſponsalia ſcil. de pre-
ſenti & de futuro: Beuſt. de ſpons. c. 7. & 8. Ita ut ſponsalia de
preſenti eſſe dicant, promiſſiones quæ per verba preſentis tem-
poris expreſſæ ſunt: De futuro autem, quæ verbiſ futuri tem-
poris concipiuntur: cui ſuccenturiatur. c. Licet. 3. Ex. de ſpons.
duo & c. u. de Conſ. leproſ. Sed hanc diuſionem vix poſſe hoc
modo ſalvari, indeſiquet, quod ſponsalia reſpectu nuptia-
rum conſiderare velim, rectius omnia ſponsalia dicentur de
futuro, cum nihil aliud ſint, quam repremoſſio futuraruſ nu-
ptiarum l. 1. ff. de ſpons. c. noſtrates. 3. 30. queſt. 5. Et earum ſal-
tem ſpes l. 13. §. 3. ff. adl. jul. de adul. Etsic eo reſpectu ſponsa-
lia de preſenti nulla erunt. Trentl. vol. 2. diſput. 6. lib. 1. tit. D.
Quod ſi vero in ſe ſponsalia, aut de futuro contrahenda, aut
de preſenti contracta, aſtimare velim, ea demum vera erunt
ſponsalia, in quib. jam de preſenti nuptiaruſ repremoſſio facta
fuerit, adeoq; citra omnē controverſiam, ſponsalia de preſenti
dici merebuntur, tam verbiſ futuri quam preſentis temporis,

consensum tamen purum experimentibus, contracta: Ut si cō-
xero, accipiam vel ducā te in uxorem (Ich wil dich Heyrathen)
quo casū consentiente alterā parte, omnino sponsalia intelli-
guntur contracta, non quidem de futuro, cum præsens hic sit
futurarum nuptiarum re promissio, sed de præsenti, perinde
ac si dixisset, promitto tibi matrimonium (Ich gelobe dir die
Ehe.) Hinc ea sponsaliorum divisio vix ac ne vix quidem ex ju-
re civili probari poterit, quin ipso quoq; iure Canonico novi-
ter eam esse indicatam Ann. videl. nro. ab Alexandro putat.
Cypr. de Spons. c. 4. §. 3. n. 3. per. c. licet. 3. Ex. de Spons. duor. vide
eundem & §. 12. n. 20. &c. 12. §. 12. Et hæc videntur esse veris-
fima, si iniuriae verborum cavillationes & λογωμαχίας inanes
evitare velimus, nec tam spectare conceptionem verborum,
quam ipsum consensum sponsalia constituentem, pro ut sen-
sisse videri potest. *Bens. de spons. c. 9. Hackelm. Illust. quest. d. sp.*
14. tb. 1. lit. D. & E. Quod si tamen forte quis sponsalia de fu-
turo appellare velit promissionem futurarum nuptiarum, ver-
bis in futurum faciendam obligatiōnem pollicentibus factam,
quæ in se non purum & absolutum consensum continet, sed
saltē vult, ut quodam tractu futuri temporis interponatur,
quo respexisse videtur *Maus. ad tit. inst. de Nupt. pag. mibi. 309.*
v. g. Fieri potest ut filiam meam tibi elocem: Vel, si bene te ges-
seris &c. post hac filiam meam tibi dabo. Haec inquam, & forte
similia, si quis sponsalia de futuro appellare velit, licebit qui-
dem ut inquit. *Cypr. d. tr. t. 4. §. 12. n. 29.* Vera tamen sponsalia
non sunt, sed promissiones saltē seu pactum de futuro con-
tractu. *idem d. c. 12. §. 13.* Sic sponsalia de futuro vocat Melancht.
sponsalia impuberum, ante subsecutam post pubertatem rati-
ficationem, quæ itidem vera sponsalia non esse, ifatetur Papa
Alexand. III. in c. literas 4. *Ex. de despōns. imp.* Altera sponsalia
de futuro vocat ea, quæ sunt conditionalia, pendente adhuc
sub incerto eventu conditione B. Luther. *de Causis matr. tom.*
Ien. 5. pag. 241. quo & inclinat *Maus. inst. de Nupt. pag. mibi.*
315. de quibus tb. seq. videatur de his Admod R. & Excellent.
Dominus D. Johan. Gerhardt. cit. tom. de Conjag. tb. 130. &
seqq.

Ter-

113

19. Tertiam porro divisionem sponsaliorum fecimus,
in Pura & Conditionalia cum Schneid. inst. de Spons. n. 32. &
seqq. Beust. de Spons. c. 7. & c. 18. cum seq. Cypr. de Spons. c. 5. §. 37.
& tot. tit. Ex. de Cond. apof. Possunt autem sub conditione
contrahi, quemadmodum Saul filiam suam Michol Davidi
sub conditione despondit 1. Sam. 18, 25. Et Laban filiam suam
Jacobo &c. Sed ita, ut probe distinguatur inter conditionis ad-
jectæ naturam seu proprietatem, utrum honestæ sint an verò in-
honestæ. Possibiles an impossibiles per cit: Dd. & alios: Sub
honesta itaq; & possibilia conditione concepta sponsalia; quā
pendente, in aliquem casum vel eventum ea differuntur, vere
sunt sponsalia conditionalia, eqq; ante conditionis eventum
firma non sunt, adeo ut conditione deficiente planè evanes-
cant: Nam licet consensus in iis exprimatur, per verba de præ-
senti, tamen ex quo apponitur conditio, nc̄. habet effectum
de praesenti, sed suspensum in eventum conditionis. Beust. de
spons. c. 7. Mauser. inst. b. t. pag. 312. Circa impossibiles vero
conditiones sponsalibus adjectas, indistincte Canon. volunt,
cas in favorem matrimoniorum pro non adiectis haberi. c. fin.
Ex. de Cond. app. Idq; ad exemplum ultimarum voluntatum,
in quibus etiam jure civili pro non scriptis habentur conditiones impossibiles l. 1. ff. de Condit. Inst. l. obtinuit. 3: de Condi. &
demonst. Quod tamen jure Civili vix obtinebit, quo non in-
telligitur consentire, qui sub impossibili conditione promit-
tit. l. Non solum 31. de obl. & aet. l. impossibilis. 7. de V. obl. Cum
etiam vel joco agere possit impossibilem conditionem adjici-
ens, vel eo ipso importunis efflagitationibus fatigatus occulte
recusare: Non ergo pro non adiecta haberi potest impossibilis
sponsalibus adiecta conditio, si appareat eam potius ad redar-
guendum vel hocandum afferri, quam ad consensum demon-
strandum. Beza. de divor. pag. mib'io. Extra quos casus pro
non adiecta reputari potest: Idem quoque judicium est de tur-
pibus & inhonestis conditionibus, substantia matrimonii nō
contrariantibus, ut scil. tum demum pro non adiectis habeantur
in favorem matrimonii, ut petulantiae eorum, qui pudicitia
imbecillis sexus insidias moluntur, frenum injiciatur. d.c.

fin. Ex. de Cond. Appos. Sunt enim & hæ impossibiles de jure.
I. filius 15. ff. d. Condit. Inst. Treutl. vol. 2. diff. 6. tb. 6. lit. D. Conditionem autem propriè hic intelligimus, que in futurum respicit, non quæ in præsens vel prateritum confertur, cum illa proprie conditio non sit, *I. institutio 10. § 1. de Cond. Inst.* Proindeque ratione eventus conditionis sponsalia suspendere nequeat, quod tamen veræ conditionis proprium est. *Cypr. de spons. c. 8. § 2. per c. Super eo 5. Ex. de condit. Appos.*

20. Multum hic vexata occurrit qnæstio: Si quis adolescentia pueræ matrimonium sub conditione, si pater consentiat, tanquam honesta & possibili, promittat, interim vero priusquam pater consentiat, contrahat cum alia pure sponsalia, quibus contractis pater rescribit filio, inque priora sponsalia conditionalia consentit, utra horum sint probanda & præferranda? Et posteriora pure contracta jure præferri prioribus conditionatis, nec actum semel pure perfectum rescindi per conditionem postea evenientem, putat *Mauser. ad tit. inst. de Nupt. pag. 313.* pro se allegans Canonistas *ad c. super eo 5. in verb. alieno arbitrio in fin. Ex. de cond. appos. & gl. in c. per tuas 6. Eod. tit. ut & Schneid. inst. b. t. de spons. n. 37.* Sed omnino dissentit Cypr. de spons. c. 8. § 3. n. 3. per l. 11. §. videamus i. ff. qui pot. in pign. & I. *Quibalneum* 9. §. 1. ff. *Eod. pro se allegans gl. in d. c. super eo 5. Ex. de condit. appos.* Tum quod in aliis contractibus sub conditione conceptis, non licet uni parti invita altera pœnitere, & conditione pendente à contracta recedere per I. *Necessario* 8. ff. *de Peric. & comm. Reivend.* Tum ne in causis matrimonialibus locus relinquatur, hominum levitati & inconstantia: In quam sententiam prima fronte videtur etiam descendisse. *Bust. de spons. c. 19.* Qui tamen tandem concludit, quod pendente quidem conditione hac, priorum sponsaliorum si ad alia progredi velit adolescentis, contra eum pronunciandum sit, ut conditionis eventu præstoletur, si autem hoc non fiat, & pura sponsalia posteriora contrahantur, ea utiq; prioribus sub conditione contractis præferenda esse: Et hoc quidem inde adstrui posse videtur, quod sponsalia conditionalia sponsalibus de futuro æquiparantur, quibus omnino præjudicant posteriora pure contracta, etiam si illa

13

illa essent jurata. c. Sicut ex literis 32. Ex de sponsal. Schneid. inst. d.
loc. Ideoq; ad oppos. l. Qui balneum 9. & l. ii. §. i. ff. quipot. in pign.
respondeat Mauser. inst. b. t. pag. mibi 313. diversam esse rationem
hoc in casu in contractibus al. i. iuris civilis & in sponsalibus.
Verum ex circumstantiis æquum & prudentem judicem colli-
gere debere, utra sponsalia sint preferenda, & plurimum arbi-
trio patrificis esse tribuendum, decidit. Adm. Rev. & Excell.
Dn. D. Johan. Gerhard. in loc. de Conjug. tb. 138.

21. Nec inconcinne huius queri potest, si quis forte in cō-
vivio vel alio quodam loco, ejusmodi verbis utatur ad virgi-
nem, quæ sponsaliorum promissionem inducere possunt, post-
ea vero se joco, non vero serio agisse afferat, an audiendus sit,
& ei credendum? Et re probè ponderata ex ipsis verbis & aliis
circumstantiis prudenter colligendum statuunt Dd. utrum-
tem seriam contrahentes egerint, an vero invicem jocati sint:
Quod si constiterit joco se fuisse actum, res plana est, & neuter
obligetur. l. Simulat. 30 ff. de R. N. l. obligationum 3. § fin. de obl.
& aff. cum sola figura verborum sine consensu naturali nemo
obligatur. l. Non figur. 438. de obl. & aff. Si autem illud in dubio
sit, & ab altera parte serio actum esse affirmetur, cogenda erit
pars rea, iuramento se purgare, quod ea verba joco protulerit,
& non animo promittendi conjugium, cum hac præsumptione
gravetur, quod cum potuerit, non locuta sit apertius. Et hæc lo-
cum habere possunt, si præter verba nihil amplius accesserit, in-
ter virum & uxorem, qui se jocatos esse dicunt, si autem concu-
bitus fuerit secutus, rem seiam ea præmissione contrahentes
gesisse res ipsa docet, nec aliud præsumendum est. Cypr. de spons.
c. 4. §. 16. Sed quid si obscuris verbis & minus claris actum sit, ita
ut alter alterius mentem non recte percepitur? Et eo casu ad cō-
munem intelligentiam recurrentum esse, & cogendum ut
trunque verba prolatæ eo sensu retinere, quem solent recte
intelligentibus generare, patet ex c. Ex literis 7. Extr.
de spons. & argument. l. labeo 7. §. 2. ibique Br. de Supell.
ligat. quod judicis autoritate ratione circumstantiarum
definiendum Beuf. de Mairim. c. 42. Nec refert si proferens ca
aliter intelligi velit, quia interpretatio jure fit contra eum,

qui

qui legem contractus dicere potuit apertius. *I. veteribus* 39. ff.
de pact.

Sponsalibus jam legitime contractis, illi qui matrimonium sibi invicem promiserunt, illud perficere & consummare tenentur. *c. sicut ex literis* 22. *Ex. de spons.* cum non in sua perfectione tanquam ultimo fine sponsalia subsistant, sed propter nuptias contrahantur, ut quarum spes sunt. *I. si puelle.* 6. ff. *de spons.* & *I. 13. §. 3. ff. ad l. jul. de adulti.* Nec licet uni parti invitata altera a sponsalibus impune recederet *c. 2.* & *c. sinter. 31. Ex. ad spons.* *c. 2. 31. quest. 3. I. mulier. 5. C. de spons.* nisi legitima & gravissima causa excusationis subsit. Hinc disceptatur inter Dd. utrum ea contrario dissensu utrinque partis rursus dissolvi possint? Quod jure Codicis indubium videtur. *per. b. t. C. de spons.* & *I. 2. C. de Repud.* ad instar scil. aliorum contractuum, qui utriusque dissensu dissolvuntur. *I. Nihil. 35. de R. i. argum. a minori ad maius ducto ex l. s constantie 9. C. de Repud.* Vult juris. Rom. lib. 1. c. 21. n. 19. jur. autem Canon. Mauser. ad tit. *inst. de Nupt.* pag. 311. ut & Schneid. b. t. *de spons.* n. n. & n. 16. distinguunt inter sponsalia de praesenti & de futuro, qua tamen distinctione non videtur opus esse per c. 2. *Ex. de sponsin verb. sibi invicem remittant.* Ubi de pure & sic vere de praesenti contractis sponsalibus Papa loquitur, quod scil. ea, si se invicem odisse coeperint partes, rursus dirimi possint. In nostris vero Ecclesiis ita hodie servari, ut post præviam acrem & severam cohortationem & annunciationem pœnarum, si nihil effectum fuerit, & ita exacerbati & exulcerati sint animi, ut nullo modo reconciliari possint, & perpetuum verendum sit dissidium, tandem licet ægre, repudium admittatur, testantur matrimonialista & Dd. reformati, tam Jcti quam Theologi. Cypr. *de Sponsa.* 13. §. n. ubi plures allegat. Nicol. Hemming. *Danis in libell. de Repud. Matrim. & divorc.* videa. Adm. Rev. & Excell. Dn. Jo. Gerhard. *de Conjug.* tb. 153. & seq. Causæ autem ex quibus retractantur sponsalia, potissimæ sunt, morbus incurabilis supervenientis ante copulam c. ult. *Ex. de Conjug. lepros.* Vel aliud quoddam vitium corporis & deformitas insignis. c. quemadmodum 17. *Ex. de jurei.* quibus addi potest furor. *I. 16. §. 2. de R. N. imp.*

l. 4.

l. 4. ff. de divorcio. Et nonnullae aliae ex Nov. 22. c. 15. Ex quibus tamen perfectum matrimonium non facile rescinditur. *tot. tit.*
Ex. de Conjug. lepros. cum nihil tam humanum sit, quam fortuitis casibus mulieris maritum, & mariti uxorem esse participantem. *l. 22. §. 7. ff. sol. matr.* Et certum sit, multo facilius sponsalia rescindi, quam nuptias. *Vult. jur. Rom. lib. 1. c. 21. n. 11.*

23. Quandiu autem sponsa absentem sponsum aut viceversa, post contracta sponsalia expectare debeat? hic recte queritur: Et primo omnium videndum monet Beza de divorce pag. mibi 140. An invitus quis absit, an vero volens: Et si volens quo animo & ex qua causa. Jure itaq; Civili absens ex justa & necessaria causa, nec malitioso animo, expectari debet donec redeat, aut certus nuncius de ejus morte allatus sit. l. sape. pen. ff. de spons. ibid. Cofal. l. uxor. 7. C. de Repud. & ant. hodie. Eod. Nov. 117. c. 11. ibid. Gotofr. Cum quo coincidit jus Canon. c. in presentia 19. Ex. de spons. Qui autem absit non ex necessaria causa, sed ut malitiose despontatam deserat, & proinde hinc inde vagatur, ut ubi degat, incertum sit, eq; modo sponsam fallere & eludere possit, ad eum praestolandum triennium jure Codicis est præfinitum. l. liberum 2. C. de Repud. quo si non revertatur, ad alia sponsalia progedilicer parti hucusque expectanti. Beuf. de spons. c. 60. Si autem certum sit ubi vivat & in eadem provincia degat, biennium sufficere Dd. putant per l. 2. C. de Spons. Quia qui in eadem provincia degunt, quodammodo præsentes existimantur. arg. l. fin. C. de pref. cr. long. temp. Quod minus habet dubietatis, si per literas vel alias probatio-nes animum sponsalia deserendi induisse convinci possit, quo casu etiam brevius tempus sufficere putat. Panorm. in c. de illis. 5. in fin. Ex. de spons. Sichar. adl. 2. C. de Spons. per tot. Mauser. adh. t. inst. pag. mibi 384.

24. Sunt porro quæ ad nuptias accedunt, non tamen ita necessario ad eas requiruntur, ut sine illis nuptiae esse non possint: Hujusmodi sunt sponsalitiae arrhae Rubr. C. de spons. & arr. spons. & scriptura seu instrumenta Nuptialia l. 7. ff. de spons. l. 2. C. de Nupt. Ut & dos & donatio propter nuptias seu sponsalitiae largitas l. 4. C. de secund. Nupt. Cujac. in w. C. de don. ant. Nupt.

D

66

C. Quorum priora duo ad solennitatem sponsaliorum plerumq; adhibentur, non autem necessario, cum sine eorum interventu non minus ea confieri possint. l. 4 ff. de spons. Sed partim de honestate, partim ad evidenterem eorum probacionem. Cypr. de Spons. c. ii. §. 2. & 7. Posteriora vero quamvis etiam in sponsalibus constitui possint, tamen ad ea nihil attinent, sed ipsas potius nuptias immediate respiciunt, ita tamen ut nec ad eas praecepsrequirantur, cum nuptia sine dote esse possint l. 20. C. de donat. ant. Nupt. & l. ii. C. de Repud. Multo minus certo eas praecedere debeant quando interveniunt, sed constante etiam matrimonio fieri possint d. l. 20. C. de dona. ant. Nupt. ut & augeri l. 19. C. d. t. pro ut specialiter receptum est in donationibus propter nuptias, eo quod sint quasi dotis antipherna, nec simplices donationes intelligenda, sed propter dotem & propter nuptias factæ, ut probat Justinianus Imper. in d. l. cum multa. 20. de dona. ant. Nupt. adeo ut etiam ad augmentum ipsius dotis post nuptias factum, augeri possit donatio propter nuptias. d. l. 19. C. de dona. ant. N. Nov. 97. c. 2. Cujac. in wa. C. de don. ant. N. Cum dos data donationem propter nuptias mereatur. antb. dos data C. de don. ant. N. Licet alias omnis donatio simplex inter virum & mulierem constante matrimonio facta, ex qua donatarius fit locupletior, non nisi morte demum donantis convalescat l. i. 3. 6. C. de donat. int. vir. & ux. Etiamsi vel specie imaginariæ venditionis l. 15. C. Eod. Vell per tertium quandam clam & simulate in conjugem esset collata l. 20. C. de donat. int. v. & v.

25. His hodie ex jure Canon. & consuetudinario in nostris Ecclesiis recepto adjungi potest proclama, seu bannum. (ut vocatur in c. Cum in tua. Ex. de sponsal.) tanquam antecedens nuptiarum, quod de honestate regulariter omitti nequit. e. fin. Ex. de Cland. de spons. & ibi Panorm. c. alicer. i. 30. quest. 5. Quod est promulgatio seu declamatio palam in actu fidelium facta, cui adjungi solet votum ab Ecclesia & preceps ad Deum pro futuri matrimonii felicitate & prosperitate : Et ea justis

215

justis de causa videtur sancta esse, non modo ut Deo, sicut
par est, consecratur individuæ consuetudinis vitæ initium, ve-
rum etiam ut infinitis alioqui fraudibus occurrat. *Beza. de Repud. pag. mibi 5.* Ethoc nec apud Ehtniacos vetustiores suo modo plane sincognitum fuisse apparet, quod in nuptiis pecunia sua sacra certis & selectis suis diis adhibuerunt, eosq; coluerunt, cuiusmodi fuerunt Jugatinus, Domiducus, Domitius, Manturna, Virginensis, Cinxia, Mutinus, Deus pater Subigus, Dea mater Præma, Viriplaca, Volumnus Deus & vol-
lumna Dea de quibus *Rosin. Antiquit. Rom. lib. 2. c. 19. pag. mihi 33.* & *pag. 85.* & *lib. 5. c. 37 pag. 231.*

26. Matrimonium autem ipsum seu Nuptiae sunt viri & mulieris conjunctio individuam vitæ consuetudinem conti-
nens, ut eas definit *Imper. in pr. inst. de parr. pot.* Cui addit-
modesti in l. 1. ff. de R. N. divini & humani juris communica-
tio. Quod addi putat *Bach ad Tr. vol. 2. disp. 6. th. 1. lit. E.* Non
matrimonio per se, sed ad rationem Reip. Romanorum con-
siderato, apud quos privata erant familiarum sacra liberis &
uxoribus communia, de quibus *Alber. Gen. lib. 2. de Nupt. c.*
19. Vel possunt etiam per divina & humana jura intelligi omnia
quaæ ad vitam instituendam pertinent, quaæ alio nomine rei
humanae & divinae domus societatem appellat *Gordia in l. 4. C.*
de Crim. Expil. hered. Borch. de grad. pag. mibi 30. Hodie au-
tem jura divina dici possunt ea, quorum uxor in domum ma-
riti deducta sit particeps, scil. ut eidem parochiæ sit subdita,
cui maritus, & ibi audiendi verbum Dei, sacramenta utendi &
orandi ut & sepulchorum jus habeat. *Cypr. de Matr. c. 2. §. 1.*
n. 7. Conjunctionem autem intelligere debemus non tam cor-
porum, quam animorum per l. *Nuptias 30. de R. I.* & *Nov. 12. t.*
4. & Dd. communiter. Mariti scilicet & foeminae, non plurium
foeminarum & mariti, aut viceversa, cum jure civili eodem
tempore plures ducens uxores infamis fiat. *l. 1. ff. de his*
qui not infam. Et poena stupri puniatur. *l. Eum qui 18. C. de*
adult. Hodie autem per Caroli V. Constitution. *Crimi-*
nal. c. 121. capite mulsteretur. Quæ etiam *Judeos con-*
cernunt

cernunt, ut nec illis juxta legum suarum tenorem πολυχαρισμα concedatur. l. *Nemo.* 7. C. *de Jude.* Licet in nonnullis aliis negotiis ad eorum consuetudines & ceremonias seu ritus Imperatores conniveant. l. 2. C. *de Jude.* citra tamen contemtum Christianæ legis l. n. C. b. t.

27. Sunt porro Nuptiæ vel legitimæ vel illegitimæ l. si uxor 13. §. plane ff. adl. *Jul.* de adult. l. *Lex nature* 24. ff. de stat. ho. min. l. de jure 37. §. fin ff. ad *Munic.* Ex quibus illegitimæ non nisi impro pie nuptiæ dicuntur, nec proposita nuptiarum definitione complectuntur, ut quæ legitimis seu justis tantum nuptiis quadrat. pr. *Inß. de patr. por.* Et de illis intelligenda vox nuptiarum in jure absolute & indeterminate posita, cum si contra leges aliqui coierint, ne quidem nuptiæ intelligantur. §. si *adversus inß. de Nupt.* Justæ autem seu legitimæ dicuntur nuptiæ potissimum ratione consensus, utpote causæ nuptiarum constituentis. l. *Nuptias* 30. de R. I. rite & legitime interpositi, eaq; iustitia itidem spectatur tam in personis habilibus & jure probatis, quam ipso applicandi modo. *Treut.* vol. 2 diff. 6. th. 2. tit. A. ad quæ ruminanda veniunt pleraq; quæ supra de sponsalibus a th. 5. 6. & seqq. de sponsalibus & Nuptiis conjunctim sunt proposita.

28. Unicum hic prætereundum non esse autumo, de consensu scil. illo, qui nuptias facit. l. 15. ff. de cond. & dem. § d. l. *Nuptias de R. I.* quomodo is differat ab eo, quem in sponsalibus requiri supra th. n. diximus: videl. Quod sponsalitus consensus de futuro contrahendo matrimonio interponatur, illuc autem, de quo hic agimus, de eo, quod eo ipso in præsentia rum, perficitur, quo consensu nuptiali superior ille sponsalitus scil. ratificatur, & traditione, mancipatione & possessione firmatur, hocq; modo matrimonium ante promissum perficit & constituit. *Cypr. de sponsi* c. 10. §. 26. n. ult. in fin. *Nov.* 22. c. 3. licet copula carnalis non accedit, ut in ægrotō, qui duxit in uxorem concubinam suam, nec tamen carnaliter eam cognovit appareat *Maufer. ad tit. inß. de Nupt.* pag. mibi 298. Declaratur autem iste consensus potissimum jure ff. & C. deducione.

13

ctione sponsæ in domum mariti l. s. ff. de R. N. l. Cum in te, 6. Cē
don. ant. Nupt. l. 24. c. de Nupt. Borch. de grad. pag. mibi 74. quæ
cum non nisi præsente sponsa fieri possit, sequitur quod nec
matrimonium nisi cum sponsa præsente recte contrahatur, li-
cet absens sponsus eam recte ducere possit per literas, vel per
nuntium, curando ut alius seu procurator suo nomine eam in
domum suam deducat. d.l. mulierem. s. ff. de R. N. Et cohabita-
tione maritali affectione facta. l. cum hic status 32. §. si mulier. 13.
ff. de dona int. vir. & uxo. Quia olim matrimonium à concubi-
natu displicebat, cum concubina sola animi destinatione
estimaretur. l. pen. ff. de Concub. l. Nuper. u. c. de Natur. lib. &
mar. eor. Hodie autem concubinatus jure Cano. omnino est
sublatuſ, quo omnis coitus præter & extra matrimonium est
illicitus atq; damnableſ c. Nemo 4. cum seqq. 32. quaſt 4. Quod,
cum juri divino sit consonum sequimur. Maſer. inf. b. t. pag.
327. Deductioni autem iſti in domum hodie jure conſuetudina-
rio, quo utimur, ſolenniſ illa in facie Dei & Ecclesiæ copula-
tio, quam vocant, ſuccellſſe videri potest. Cypr. de ſpons. c. u. §.
19. & 20.

29. Sunt præterea nuptiæ legitimiæ vel primaæ vel secun-
daæ. Secundaæ autem dicuntur quæ priores, ſive secundaæ ſint,
propriæ dictæ ſive tertiæ ſive quartæ, vel ulterioriſ ſequuntur, ſeu
quæ primas vel mediate vel immediate excipiunt. tot. iii. &
Gotofr. ad Rubr. c. de ſecund. Nupt. Quemadmodum ſecunda-
herediſ institutio dicitur ſubstitutio, ſive ſecundo, tertio, ſive
ulteriori gradu facta in quantum velit testator. pr. Inf. de vulg.
ſubſ. Excell. & Consultiſſ. Dn. Suabius præceptor meus plu-
rimum colendus in præl. publ. ad tit. ff. de vulg. & pupill ſubſ. ad
pr. l. i. Quamvis autem juri civili ſecundaæ nuptiæ admodum
ſint inviſa, præſerim ſi iis exhortorati ſint prioris matrimonii
liberi. l. famine 3. §. i. in verb. matre in ſecundiſ nuptiis funefaria.
c. de ſecund. Nupt. Nov. 22. c. 20. §. ſoluto. i. & c. 23. & c. 25. Quo
nomine etiam licet vere illicitæ non ſint, illicitarum tamen vi-
cinitatem in codice eas ſequi tradit Cujac. in π. C. de ſec. Nupt.
Tolerantur tamen eo, ſeu permittuntur potius quam proban-
tur, ita ut viro quidem, ſoluto per mortem, vel aliqua lege pro-

bata causa matrimonio, liceat absque omni peculiari obser-
vatione ire ad vota secunda, mulieri autem non aliter, quam-
si annale tempus luctus præterierit, ita ut si intra hoc tempus
immaturum contrahatur matrimonium de jure infamiam incur-
rat. *L. i. C. de sec. Nupt. & Nov. 21. c. 22.* Sic & jure Can. quon-
dam secundas nuptias minus dignas habitas fuisse, inde con-
stat, quod bigami ad sacros ordines non fuerunt eveniti. *disputat.*
26. per rot. c. debit. m. 5. Et tot. tit. Ex. de biga. non ordin. Contra
vero singularibus honoribus condicorate univiræ, pluribus
probante *Bach. ad Tr. Vol. 2. diss. 6. tb. 7. lit. C.* Contra quæ ta-
men, rectius putare S. Hyeronimum & Augustinum, *in c. ape-
riant ii. & duabus seqq. 31. quæst. i.* nec bigamiam, nec trigamia-
m, nec etiam si fieri posse, octogamiam esse condemnandam
juxta illud Pauli, qui non potest se continere &c. tradit *Mau-
ser. inst. b. t. pag. mibi 321.*

30. Illegitimæ vel illicitæ nuptiæ in genere dicuntur
illæ, quæ non sunt secundum legum Romanarum ductum &
præscriptum *arg. pr. inst. de Nupt.* Quæ leges si contemnuntur,
coquæ in jus naturæ seu gentium impingatur, specialiores ex-
inde nonnullæ illicitæ nuptiæ fortiuntur appellations, cuius-
modi sunt nuptiæ incestæ & nefariæ. *tot. tit. C. de incest. & in-
ut. Nupt. l. legem. 7. C. de Nat. lib. & mat Nov. 12. & 22.* Nef-
arias nuptias Dd. dicunt eas, quæ inter adscendentæ & descer-
dentes personas contrahæ sunt, sic dictæ, quod contra fas,
hoc est, contra ius divinum & humanum sint initæ. *Schneid.
inst. b. t. de illic. Nupt. n. 3. Benf. de Marri. c. 85. Cujac. in π. C. de
Incest. & inut. Nup.* Incestas vero, quæ inter consanguineos &
affines in gradibus jure prohibitis copulantur, sic dictæ quasi
minime castæ. *Beuf. de Matr. c. 59* Cæteras specialiori nomi-
ne vocare solent inutiles, quæ scil. neque inter adscendentæ
& descendentes, neque inter eos qui ex latere veniunt, prohi-
bentur, sed quas lex ut inutiles alia de causa rejicit & impro-
bat, ut si justus error vel metus intervenit, vel ex alia justa
causa nuptiæ interdictæ sunt *ut tot. tit. C. de interd. mar.* Seu
inutiles proprie & specialiter dicuntur, quæ tantum jure
Civil.

13

Civil. vel Canon. prohibente, & non naturā & lege divinā
repugnante contrahuntur, ut vult. Beufl. de Matr. c. 62. In-
jure autem hæ distinctiones accuratè non observantur,
sed promiseue incestæ & nefariae & damnatae nuptiae su-
muntur, pro iis, quæ naturæ reputantur contraria. d.
Nov. 22. [c. 1. l. ult. ff. de R. N. Auth. Ex complexu C. de inc. &
inut. Nupt.]

31. Effectus nuptiarum legitimatum sunt varii, si que-
præcelentes, videlicet quod ex iis contractis justi dicuntur.
uxor & maritus 1. si uxor. 12. §. plane. ff. de adult. & mulier so-
cia rei humanæ atque divinae domus. 1. adversus 4. C. de Cri-
mi. expil. hered. quæ honore mariti erigitur. 1. ult. C. de incol. 1.
13. C. de dignit. radibus honorum & dignitatum mariti coruscatur.
1. famina 8. ff. de Senator. ejusque fulgorem sentit. 1. ult. C. de
Nupt. imo quodammodo domina rerum mariti habetur, ex
mente quoruñdan Jētorum à Paulo in 1. 1. ff. de act. rer. amot.
relata; quod Jur. Saxon. minus videtur esse dubium; quo
communio quadam bonorum per matrimonium inducta
probatur. per. Londr. lib. 1. art. 31. ibi Manu vnde Weib haben
nicht gezwungen guth zu ihrem Leibe: item quod uxor mariti do-
misiolum sequitur 1. cum quedam 19. ff. de iurisd. & forum cum
eo commune habet 1. Exigere 65. ff. de iudic. Unde impp. Ve-
rus & Antoninus rescripserunt, mulierem quandiu nupta est,
incolam ejus civitatis videti, cuius est maritus, non unde ori-
ginem trahit. 1. ult. §. 3. ff. ad Municip. Imo infamiliam mariti
transit, cum sua familiæ finis sit. 1. Pronunciatio. 195. §. mulier.
5. ff. de V. S. Hinc maritus uxorius sua est legitimus defensor.
1. 2. C. qui dar. iust. vel cur. poss. Et bonorum ejus administra-
tor. 1. Maritus 21. & ibi Dd. communiter C. de procur. Imo jure
Saxon. quilibet maritus uxorius sua fit curator legitimus. Londr.
lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. 45. vers. Der Mann ist auch Wormund
&c. Fachs. diff. u. C. & S. diff. 8. Reinh. diff. 3. par. 2. quia per nu-
ptias, tanquam per emancipationem mulier è potestate
patris, transit in mariti potestatem. d. art. 31. lib. 1. Schpeid.
inf.

inst. quib. mod. jus patr. pot. in fin. n. pen. Et omnia uxoris bona-
maritus usufructuario jure tenet. *Bacch. ad Tr. vol. 2. disp. 6. th. 7.*
lit. E. item quod liberi ex ejusmodi nuptiis nati justi sunt & le-
gitimi, & in patria potestate constituti. *§. fin. inst. de patr. pot.*
Dosi sidem & donatio propter nuptias verè & efficaciter ex iis
potest constitui, quæ sine nuptiis esse nequeunt. *l. fin. C. de do-*
nat. ant. Nupt. in verb. sine nuptiis nulla dos intelligitur. Quæ
omnia cessant in illegitimis nuptiis, quibus nec jus patriæ po-
testatis queritur. *pr. inst. de patr. pot. l. si quis b. & l. ult. C. de inc.*
& inut. N. Nec justi filii procreantur. *I. Paulus ii. ff. de stat. homin.*
l. t. C. si Nup. ex rescript. pet. in verb. filios se ex hac coniunctione
suscepuros. Nec matrimonium nec dos intelligitur constituta.
§. si adversus inst. b. t. ibid. Dd. communiter. Us & nec donatio
propter nuptias. *l. Qui contra 4. C. deinceps. & inu. N.* Insuper
gravissimæ & atroces pœnæ jure civili imponuntur iis, qui in-
cestas & nefarias nuptias coeunt de quibus *Beust. de matr. c. 63.*
per l.inceste 52. de R. N. & l. Qui contra 4. C. deinceps. & inu. Nupt.
& l. 6. Eod. auctb. Ex complexu C. Eod. Nov. 12. c. 1.

32. Dissolutionem nuptiarum quod attinet, illa non
minus jure fieri debet, quam contractio. *l. Nihil tam. 35. & l. o.*
minia 100. de R. 1. Ita tamen ut semper difficilior esse debeat ma-
trimonii dissolutio, quem contractio ob favorem liberorum. *l.*
Consensu 8. C. de Repud. Quamvis enim Imperator nuptias
definivit, *in pr. inst. de patr. pot.* Conjunctionem, individuum
vitæ consuetudinem continentem, illud tamen de affectione
& intentione proprie intelligendum esse putat. *gl. inst. ibid.* Vel
quia hoc fine & affectu nuptiæ contrahuntur, ut sint perpetuæ,
quo sensu etiam dotis causa perpetua dicitur *in l. ff. de jur. dot.*
Vel quia significatur illis verbis arctissima utriusque conjunc-
tio, vel participatio utriusq; fortunæ arg. *l. si cum 22. §. simari-*
tus 7. ff. sol. mar. vel omnium rerum usus individuus. *Bacch. ad*
Tr. vol. 2. disp. 6. th. 7. lit. E. Illud enim certum est, & extra o-
mnem dubitationis aleam, posse nonnunquam accidere, ut
legitima causa superveniente, jure permittente, nuptiæ rursus
dissolvantur. *d. l. consensu 8. Nov. 22. c. disrabuntur 4. & segg.*
Nov. 117. c. Quia v. 8. Vocatur autem illa dissolutio specialiori

no-

13

nomine divortium in jam contracto matrimonio : Repudium vero in celebratis tantum sponsalibus. de quo supr. in lib. 22. l. 4.
Etum est. Beust. de matr. c. 8. per h. inter suprum tot. §. divortium
et junct. gl. ibid. de V. S. Quae tamen differentia non usque adeo
rigorose observatur, sed subinde in jure haec voces confundun-
tur. tot. tit. ff. de divort. & Repud. Rubr. & l. 8. C. de Repud. ubi
aliquoties divortium vocatur repudium. Dicitur autem divor-
tium a diversitate mentium, vel quia in diversas partes eunt, qui
divertunt & matrimonium distrahant. l. 2. in pr. ff. de di-
vort.

33. Sicut autem antiquo jure tribus potissimum modis
justæ habebantur uxores, & sic nuptiæ constituebantur: Uta
scil. Farre & Coemptione. ut supr. lib. 10. Ita etiam eodem jure
tribus modis connubia rursus dissolvi consueisse: Usurpa-
tione scil. diffarreatione & Remancipatione idem testatur.
Rosin. Antiquit. Rom. lib. 5. c. 38. pag. mibi. 233. Jure autem nostro
civili itidem olim divortium contingebat diversimode: Non
nunquam enim nudo dissensu utriusque partis, sine certa & le-
gitima alia præter dissensum causa interveniente siebat: & bo-
na gratia fieri dicebatur. l. Cum hic status 32. §. si divortiu[m]
10 ff. de donat. int. vir. & ux. l. sed si maritus 14. §. 4. ff. q[uod] u[er]o &
quib[us] man. l. uniu[er]s. § similiq[ue] pen. C. de Rei uxor. atl. Nov. 22. c. 4.
Nov. 98. c. 2. §. 2. Nov. 140. pers. pro veteri, vel mitior nuptiarum
solutio. d. Nov. 22. c. 14. in fin. Qui modus hodie est sublatu[s]
Nov. 117. c. 10. qua separationem matrimonii, ex solo consen-
su fieri nulla ratione permittit, nisi forte castitatis concipi-
scientia. Et Nov. 140. qua scripta lex est, qua nudo consensu
matrimonii solvi vetat. Interdum eveniebat ex justa aliqua
causa criminis scil. cuiusdam lege expresse determinati, qua
primo omnium. i. l. consensu 8. C. de Repud. ab Imperat. Theo-
dol. & Valenti. sunt prodita: deinde alias adhuc causas illis ad-
dit Justinianus in l. 10. & 11. C. d. tit. & Nov. 22. c. 15. & seqq.
Tandem quandam quasi delectum earum omnium instituit.
idem Justinianus, sublati nonnullis ex prioribus istis in Nov.
117. c. 8. & 9. & seqq. & adhuc unica adjecta, malitiosa scil. de-

E fer-

sektionē alterutrius partis, de qua agit in d. Nov. 117. c. 13. Ita ut pars deserens hoc casu in impia hac voluntate perseverans & repudium conjugi mittens, in perpetuum detrudatur monasterium. d. c. 13.

34. Hodie autem divortii primaria causa est adulterium, propter quod tam de jure divino Matr. 5. 31. & c. 19. 9. Quam Civiliter consensu 8. §. si quae 2. C. de Repud. Et Canonico. c. significasti 4. Ex. de divort. matrimonium dissolvitur. Beiss. de Matr. c. 16. Maufer. inst. de Nupt. pag. mibi. 378. Et quidem, in tantum ut parti innocentis permittatur cum alia contrahere matrimonium superflite adultera Beiss. d. tr. c. 24. Cum non sit divorcium ubi innocens persona manet obligata. Wessel. in de divort. in fin. frustra dissentientibus pontificis. c. i. cum seqq. 32. quest. 7. c. quos Deus. 33. quest. 2. c. quest. 1. in fin. Ex. de divort. Quibus responderet Bozai in tr. de div. pag. mibi 178. & seqq. Et non saltem usum matrimonii, sed ipsum etiam vinculum adulterio abrumpi evincit. Solvit autem matrimonium, adulterio unius partis, non utriusque, quo casu fit compensatio utrinque, & sic paria delicta compensatione diluntur. L. viro atq. uxore 39. ff. sol. mair. l. si uxor. 13. §. judex 5. ff. de adul. c. significasti 4. ibid. gl. Ex. de divort. Ita tamen ut magistratus eo ipso non admittatur poteras, dignè in transgressores huiusmodi animadvertisendi, cum Reip. interfit, ne delicta maneat impunita. l. ita vulneratus 51. §. ult. ff. ad l. Aquil. Poenam autem adulterii non semper fuisse capitalem, pareat ex l. 5. ff. de questi. Quia tamen postmodum jur. Codic. capitalis facta est. l. 9. l. 30. §. sacrilegos. C. de adul. Eaque etiamnum tenet, ut propter juri divino congrua. Levit. 20. 10. Deuter. 22. 22. Hoc superaddito, ut, licet mulier virum jur. Codicis criminaliter adulterii accusare non potuerit. l. i. C. de adul. quo omne adulterium ex muliere astimabatur. Vult. Jurisp. Rom. c. 48. n. 5. innot. secus hoc sit, cum jure Divino cit. loc. tum Confit. Crim. Car. V. c. 121. Jure denique Novell. poenam adulterii in muliere adultera fuisse detrusione in monasterium aut biennalem, si elapsō biennio, vir eam recipere vellet, aut perpetuam.

tuam , si vel intra illud biennium maritus esset mortuus , vel
eam postea assumere nollet ; [apparet ex Nov. 134. c. 10. & auth.
sed hodie C. adl. Jul. de adult.

35. Huic accedit etiam malitiosa desertio totalis & fi-
nalis , per modum divertii facta , ut inquit . Bacch. ad Tr. vol.
2. disp. 6. th. 8. lit. C. utpote in jure divino probata . 1. Cor. 7, 15.
post factam , per legitima intervalla , publicis edictis , citatio-
nen . Schneid. Inst. b. t. de divorc. n. 44. Cum raro sint aut nun-
quam sine fornicatione hujusmodi desertiones . Beauf. de matri-
c. 31. Mauser. inst. b. t. pag. 384. ideoque talis desertor postea re-
diens capitaliter plectitur . Aliæ præterea sunt causæ , quas
Dd. hic afferunt , & matrimonium , quo ad thorum & mensam
dirimere volunt , ut sunt veneficia , machinationes vitæ , favi-
tia intolerabilis &c. quæ tractat Beauf. de marr. &c. 9. & seqq.
Schneid. inst. b. t. de divorc. n. 14. & seqq. Si scil. parti innocentis
aliter consuli nequeat : Quæ tamen separatio verè diver-
tium non est . Et tantum de hac materia hisce
breviter & summarie dixisse
sufficiat .



E 2 PO-

PORISMATA COROLLA-
ria Juridico-Politica.

I.

*Quamvis summus Imperator legibus
sit solitus §. ult. in fin. inst. quib. mod. test.
infir. n. l. Princeps 31. ff. de legib. l. Exim-
perfecto 3. C. de testam. Nov. 105. c. 2. circ.
fin. Et mundi Dominus. l. de ptecatio 9. ff.
adl. Rhod. de jact. l. Bene à Zenone 3. C.
de quadr. præscript. c. in apibus 7. quæst. 1.
Non tamen potest de plenitudine potestatis,
alicui jus suum qui situm sine facto suo au-
ferre. Reink. de R. S. & E. lib. 1. cl. 3. c. 12. n.
62. cum ibi allegat.*

II.

*Omnia bella, que sine licentia & scien-
tia Imperatoris geruntur, sunt illegitima &
illicita. l. 3. ibi qui injussu principis. ff. adl.
jul. maj. l. unic. C. ut arm. us. insc. princ.
inrerd. Ordin. Cam. patr. 2. tit. 15. Hinc
crimen laesa maiestatis committit, qui bel-
lum in imperio, contra pacis publica ordi-
natio.*

213

nationem, sine licentia Cesarii movet, quia
solus Imperator habet jus belli ac pacis indi-
cendi ac decernendi. Reink. de R.S. & E. lib.
1. cl. 2. c. 2. n. 120. & seq. & cl. 5. c. 6. n. 11. & n.
155. ut & lib. 2. cl. 3. c. 1. à n. 7.

III.

Seditiones, factiones, & bella domesti-
ca, sape inseguuntur hereses & idolatria
execrabilis : Exemplo Populi Israelitici.
1. Reg. 12, 16. & 28. Et cumulus Rusticorum
Ann. 1535. de quo Schleid. de causis Relig.
lib. 10. pertot.

IV.

Liberas Imperii civitates, perinde, sicut
& cateri status, Electores scil. & reliqui
Principes, quibus etiam accensentur Comites
& Barones, in Comitiis Imperii sessionem &
votum, hoc est, plenarium jus, tam delibe-
randi, quam suffragandi, in iis, qua à Sacr.
Cæsarea Maj. proposita, publica Imperii le-
ge decerni debent, habere puto, quicquid
Pontificii in Comitiis Ratisbon. Ann. 1541.
buic contra nitit, licet frustra, tentarunt : de

E 3 quo

quo agit Martinus Bucerus in consignata
acto. Comit. Ratisbo. Ann. 1541. n. 442.
quæ extat apud Magnific. Dn. Frideric.
Hortled. lib. 1. c. 37. Von Ursach des Deut-
schen Krieges.

V.

Ad evidenter intellectum & dilucidiorem explicationem Transactionis Passauensis, non abs re erit, probè ponderare & conferre superiores illas pacificationes religiosas. Quarum omnium prima est illa Schuvinfurti primū tractari cœpta, Mens. April. Ann. 1532. & postmodum Noriberga decreta 23. Julii Ann. 1532. approbata postea ab Imperatore 2. August. ejusdem Anni: Et tandem mandata & promulgata in Comit. Ratisbon. 3. Aug. d. Ann. 1532. de qua Schleid. de Caus. Religion. lib. 8. pag. mihi 134. & pluribus Magnif. & Ampliss. Dn. Frideric. Hortled. lib. 1. c. 10. 11. & 12. Von Urs. des Deutschen Kriegs. Deinde anterior illa Passauensis transactio, primo instituta 2. August. Ann. 1552. quam itidem habet Mag-
gnif.

13

gnif. Dn. Hortled. vol. 2. *Der Reichshandl.*
vom Deutsh. Krieg. lib 5. c.14. *Quarum, po-*
sterior Pax Religiosa Ann. 1555. Et 1566.
Communi ordinum consensu confirmata,
est potius quadam continuatio, extensio &
amplificatio, quam restrictio, limitatio seu
coarctatio.

Ad Præstantiss. Dn. Resp.

Eusebies, Themidos, Sopbie gnavissime cultor,
FRIEDLIBI, mensa portio caramea,
Publica felicidum scandis pulpitanisu,
Propugnans socijura sacrata thori,
Sacra Themis nitidis manibus tibi visa corollam
Nectere, victori premia digna parans:
Perge placere Deo, Themidiq; placere sacrate,
Et Deus atq; Themis premia larga dabunt.

honoris & amoris Ergo
fac.

Joban. Gerhard D.

F I N I S.

A9B45J50012-DuReib

Digitized by srujanika@gmail.com

2 MARCH

ULB Halle
005 132 649

3



KD7

FarbKarte #13

